

in nume-
ro aut
tempore.

alter enim præstantiam constituit in numero & copia, alter in tempore & mora. At ratio nec numerus est, nec mora. Equidem & Tullius *celeritatem* hoc est temporis modum adjungit: sed is non videtur esse præcipuus ejus scopus; sed videtur potissimum hoc velle, ut Sapientia consistat in certa discretione finis ac mediorum: cui si accedat celeritas, haud dubie felicior est illa sapientia, non tamen ob id etiam fortior. Quemadmodum fere vir robustus vi adversarium subigens fortis est: si accedat agilitas & ars athletica citius quidem vincit & ob id felicior est, sed non fortior.

19. Sed hic jam hujus disquisitionis faciamus finem. Si ex pluribus, præcipue novis, interrogavero, qua in re ipsi regni rationis majestatem ac præstantiam constituent? tot erunt sententiæ quot capita, quæ etiam pro cogitatis à se tanquam pro aris decertabunt,

Deinceps ad propositum nobis Argumentum convertimur.

Parte Secunda afferemus aliquot argumenta pro regni rationis hodierni præstantia, petita maxime ex multitudine doctrinæ seu intelligendi copia: iisque argumentis respondebimus.


Parte Tertia Argumentis aliis ostendemus, veteribus regnum rationis potius adscribendum videri quam hodiernis.

Partem Quartam appendicis in modum dabimus, paucis tantum exposituri, quid nobis videatur de illis, qui hodie dici amant **SPIRITUS FORTES?** de illis nempe, qui pleraque præcipue divinarum rerum negant, & ad atheismum, deismum vel naturalismum ita dictos pertinent. Quamquam enim hæc tractatio locum proprium meretur, quem ab alio quodam implendum optamus, tamen & hic non tacebimus, ubi de rationis

Ordo
deinceps
hic tra-
ctando-
rum.

tionis viribus & regno nobis instituta disputatio est, illos spiritus **FORTES** dictos nobis videri admodum **DEBILES**. Si vera

vidimus, mecum, lector, ad debilitati succurrendum labora; si peccavimus, emendandus adsum.



P A R S II.

Si Regnum Rationis, sive Fortis Spiritus consistit in hoc, quod æquali tempore possit plures intellectiones justas exercere, Spiritus hodiernorum hominum non est fortior Spiritu antiquorum, nec Regnum rationis hodiernum majus antiquo.

Primum Argumentum pro Regno rationis.

rent historias, Genealogiam, Geographiam, Antiquitates, linguas varias.

Hodie
fuere do-
cti pueri.

20. **N**ostra ætate inventi sunt docti pueri, ac præcoces docti, quorum extant historiae. Fuere enim qui decennes ex Philosophia, Jurisprudencia, Theologia disputarent. Fuere qui ætate longe inferiore, utpote trium vel quatuor annorum, tene-

21. *Repono 1.* At tales Sed & fuerunt non tantum noster olim strâ memoriâ, sed etiam avorum atavorumque tempore. Igitur siquid ex præcocibus istis est inferendum, non hoc potest inferri: nostro tempore tantum regnum rationis valet; Sed debet inferri, regnum rationis valuisse & nostro tempore & tempo-

B 2

re

re antiquo atavorum: neque nobis adjudicari tanta prerogativa prae avis nostris debet. Quodsi vero regnum rationis nostrum prae regno atavorum nihil admodum praecipui habet, quid ita atavorum instituta prae nostris despiciamus? ostendimus hac in re ignorantiam nostram, qui puerorum ritu tantum praesentia intuemur & laudamus, ignari anteriorum.

Nec avi
ob id
spreve-
runt pro-
avos

22. Repono 2. Ex hoc puerorum eruditorum numero, qui avorum memoria extabat, avi nostri haud sapienter collegissent, sui avi rationem magis fortem magisque reginam esse, quam aeo adhuc anteriore. Igitur neque nos tantam nobis nostroque aeo prerogativam prudenter inferimus ex parvo hoc raroque numero aliquot puerorum,

Pueri
docti,

23. Repono 3. Pueri docti non sunt idoneum argumentum ad regnum rationis deprædicandum: idque multiplice ratione clarum est. Nam primum

pueri quantumvis docti, pueri tamen fuere: hoc est men suat. rebus gerendis, quod virorum est, impares. Intra umbram, ludum & insolentiae admirationem res tota stetit. Quis autem sapiens regni rationis magnitudinem metiatur ex umbra & ludo?

Deinde omnis ille apparatus memoriam praecipue ornabit. Judicium autem semper aut plerumque desiderabatur, aut defactum minime erat. At nos cum regni rationis vim ac majestatem loquimur, non memoriae fidelis felicitatem pueris familiarem requirimus; sed Judicii vim & certitudinem. Judicium enim est proprie illud, quod rationem humanam constituit judicem, hoc est superiorem, dominam & reginam. Memoria & Pfit-tacis adest.

Denique praecoces illi & ob violentiam quædam ad id perducti sunt. In violentis autem & extraordinariis consistere regnum hoc universale rationis

tionis nequit. Quidam nimirum praecoces docti singulari praceptorum industria & assiduitate: alii corporis organorum extraordinaria conformatione: atque aliis insolitis causis tales evaserunt. Nostri autem regni rationis praedicatores volunt, regnum hoc nostro tempore universale esse, non in paucis pueris, non in aliquibus paucis extra ordinem insolito quodam modo dispositum corpus adeptis.

non du-
rant

Ad extremum jam apud majores nostros in proverbium abiit; *Praecoces doctos raro fore annosos.* Quem admodum ille puer Pomeranus viginti quinque abhinc annos decantatus mireque eruditus, quinto, nisi me memoria fallit, ætatis anno emarcuit, cum eum cibus, somnus, omniaque præter discendi sciendique infinitam cupidinem deferent. Quod ipsum argumento est, multam in his vim inferri naturæ, spiritusque corporis turbari atque ante tempus consumi. *Violenta non durant.*

Quodsi jam tale est hodie aut esse debet regnum rationis, pueris nobis plerisque erit emarcescendum, & regnum hoc violentum, mali ominis est, nec poterit durare: Violenta non durant.

24. Ex his omnibus duobus quædam conficito. Aut enim primo regnum rationis, & fortitudo spiritus non consistit in hoc, quod Montequæus venditat, nempe ut æquali temporis spatio plures intellectiones veræ eliciantur. Quia pueri docti paucis annis tot intellectiones exerceverunt, quot ab aliis vix longa ætate exercitæ fuerunt; & nihilominus in his pueris rationis regnum constitui non potest.

Aut secundo si pro certo fixoque sumitur, regnum rationis consistere in multis intellectionibus brevi tempore eliciendis, nostro tamen hodierno regno non competere præcariam prerogativam præ antiquo: neque regnum modernum rationis tot præ-

conis esse extollendum, neque antiquos contemnendos tanquam extorres à regno rationis.

Secundum argumentum pro Regno Rationis moderno.

Pueri hodie maturi

25. **H**odie ex communi confessione & experientia pueri longe sunt nequitiosiores, hoc est longe maturius penetrant in rerum causas, fines, bonitatem ac malitiam. Urunt mature. Mature intelligunt quo tendas si ipsis loquaris. Certe frequenter audio mirari senes ac dicere: Nostris præteritis annis juvenus longe fuit simplicior.

Sicut, Indi cito puberes

26. *Repono 1.* Demus hæc omnia ita habere, non equidem intelligo, quid hinc pro magnitudine rationis hodiernæ conficiatur? Apud Indos ita mature malitia superat ætatem, ut octavo, nono aut decimo ætatis anno connubia ineant, ceteraque in ipsis obtineant, quæ no-

stris adolescentibus tum demum suboriuntur cum alterum tantum annorum superaverint. Neque ob naturam ita deproperantem Indi in universum dici possunt Regnum rationis præ aliis populis obtinere; alias Europæi nos stupidi essemus & à regno rationis longe extorres. Quos tamen Sineses fatentur uno saltem præditos oculo, cum populi reliqui interque hos ipsorum affines Indi plane cœcutiant. Cœcutiant Indi quamquam octo annorum mariti. Igitur ejusmodi matura puerorum nequitia haud est idoneum argumentum Regni cujusdam rationis.

non fundant regnum rationis

Repono 2. Quin potius videtur hic esse effectus rationis corruptæ & regni rationis ad interitum vergentis. Veteres Indi sapientes habebantur, apud quos minus properavit naturæ stimulus. Hodier nos Indos ipse D. Montesquieu fatetur adeo esse inertes ac stupidos, ut ipsorum spiritus sit incapax ad

sed potius corruptam rationem ostendunt

ad omnem motum, ad omnem conatum, ad malam religionem disquirendam & exuendam: quod retulimus in *Disquisitione Spiritus legum*. Num. 86. 93. Nulla ergo est legitima consecutio si dicas: hodie pueri maturius nequam fiunt: Ergo hodie regnum rationis majus est antiquo. Sed potius hoc inferas licet: ergo hodie ratio ad corruptionem propius abit.

Germani veteres sapientes fuere

Addam his exemplum domesticum. Germani majores nostri à Montesquieu prædicantur tanquam præcipuæ rationis compotes. Is enim Lib. XIV. cap. IH. *Spiritus Legum* de his sic scribit: "Tempore Romanorum "populi Septentrionales "Europæ" (ii autem non alii ac Germani ex Germania magna fuerunt:) "vivebant sine artibus, "sine educatione, ac prope sine lege: hi nihilominus ope BONI SEN- "SUS connexi cum fibris "crassioribus climatis, "ADMIRABILI SAPI-

"ENTIA se conservant liberos à potentia "Romanorum ad id usque tempus, quo de sylvis suis proruperunt "ad illam destruendam."

Hæc D. Montesquieu de Germanorum veterum bono sensu & admirabili sapientia, hoc est, nisi fallor, de regno rationis apud majores nostros egregie vigente. Vid. *Disquisitio Spiritus*. Num. 92. Jam vero majores nostri carebant artibus & educatione: hoc est in pueritia non instituebantur neque in litteris neque in argutiis & disciplinis; sed natura eorum sibi permittebatur, donec usu rerum se sponte interdum offerentium discerent judicare. Id autem non poterat hac ratione nisi tarde feroque subire, quemadmodum etiam nunc accidit pueris nostris, qui sine disciplinis naturæ soli relinquuntur. Ac revera Tacitum ceterosque legentibus apparet, majorem nostrorum juventutem fero ad usum rationis pervenisse, sicut fero pubescebant. Pulcrum enim erat

et si ferius saperent

erat

erat ipsis, sero pubescere, atque in ipsis adolescentiæ annis cum matribus ac propinquis lavari, quippe qui homines essent simplices nequitique illa Indorum carentes, ex qua argumentum pro regno rationis hodierno supra proculsum fuit. Unde demum consequitur, *bonum sensum & incredibilem sapientiam* auctore Montesquæo stare posse etiam ubi sero incipit usus rationis. Atqui ubi sero is usus incipit, æquali tempore hoc est in vita hominis pauciores eliciuntur intellectiones. Igitur auctore Montesquæo falsum est id quod Montesquæus docet, nempe fortitudinem rationis in hoc consistere, ut æquali tempore plures elicias intellectiones. Certe majores nostri sero sapientes, nec scientiis imbuti pauciores eliciebant intellectiones: & nihilominus *incredibili sapientia* fuerunt, qualem forte in hodiernis desideres. Ad ultimum Germanorum hoc exemplo manifestum fit, Regnum rationis hodie nihilo majores

vires habere quam illud antiquum: aut saltem ex argumento supra exposito hoc non consequitur.

28. *Repono* 3. Pueros Pueri cur moderno tempore ingeniosiores esse dicimus nos. senibus videantur ingeniosi? Id ipsum porro dixerunt avi nostri, id ipsum atavi. Quod si jam ex hoc nostro iudicio volumus inferre regnum rationis pro ætate nostra: id ipsum regnum inferre debemus pro ætate avorum, pro ætate avorum, & sic porro. Ac posterius nostri id ipsum dicent de pueris suis. Posterius ergo nostris regnum rationis nostrum puerile videbitur, quemadmodum nostris Thrasionibus majores nostri eorumque ratio simplex videtur & stupida.

Causa tam perversi iudicii est aut *ignorantia*, aut *amor inordinatus sui*. Nam senes qui modo laudant ingenium puerorum quos vident, ignorant ingenium puerorum qui tum vivebant cum ipsi quoque pueri essent. Nunc senes facti ipsi, intelligunt omnia acute

acute dicta quæ ex pueris audiunt: puerorum anteriorum æque acute dicta non intelligebant, quia tum ipsi quoque pueri erant. Sic alii hodierni mundi rationem magni faciunt, quia hanc solam agnoscunt præteritorum ignari & ignorantes.

Cur aliqui contemnunt vetera?

Alii tam præterita quam præsentia sciunt, & præsentia tamen ingenia præferunt non ignoratione sed illecti dulcedine amoris proprii: cum enim ipsi è præteritorum numero non sint, præterita despiciunt quasi à se aliena; laudant præsentia, tanquam in quibus ipsi quoque numerum aliquem efficiunt, & quorum partem se esse credunt aut sibi blandiuntur. *Incredibile enim est* (ita Cicero jam tum edixit) *quantum intersit ad voluptatem, intelligere, aliquid esse proprium sui*. Quid itaque mirum sit, si vir quispiam quem omnia litteraria nova, omnia carmina, omnes scientiarum Academiae deprædicant tanquam sui seculi phœnicem, Polyhi-

storem, vivam bibliothecam, in orbe litterario Principem; quid, inquam, sit mirum, si hic vir præfenti potius tempori quam dudum præterito Regnum rationis adjudicet? Nam in præterito nullæ ejus sunt partes. Ignorabatur ipse in præterito, quippe futurus; quemadmodum nobis ignorantur nepotes nostri futuri. At in præsentis tempore principatum sibi delatum libenter amplexus pro regno rationis hodierno tanquam pro suo foco certat. Unde videas, denique in vanitatem doctis, ac præcipue eruditis familiarem desinere totum hunc de *regno rationis hodierno* plausum.

29. *Repono* 4. Nec esse Pueri hodie non verum passim, hodie pueros ex se esse ingeniosiores, ingeniosiores. aut maturius penetrare in rerum indolem. Boni enim malique sensum etiam olim pueri habebant. Cur enim Poëta Satyricus jam ante mille quingentos amplius annos monuit, ne viri coram pueris agerent dicerentque perversa propterea

pterea, quod pueri ob ætatem haud intelligant? *Ne tu pueri contem, seris annos.* Similia jam diu ante Horatius animadvertit & alii. Ac dudum D. Augustinus observavit in infantibus gemellis, quos ob teneram ætatem ulnis degestare etiamnum erat necesse, alterum impalescere invidia ob pomum alteri porrectum: ita mature intelligebant etiam tum quid sua interesset. Aut vera est historia de puero Sinone Trojæ proditore, aut Maro illam finxit apte ad mores gentis exprimendos. Si vera est, constat, pueros ante tria fere annorum millia doli capaces fuisse. Si figmentum id Maronis falsum est, sale caruit Maro decorique poetici admodum expertus fuit, qui de priscorum illorum pueris confinjerit ea, quæ nostri tantum ævi pueritiæ propria sunt. De Spartanorum pueris quam ingeniosi fuerint ad fraudes culpasque tegendas multa adhuc extant documenta, cum interierint longe plura.

Neque jam provocabo ad sacras litteras, ubi Samuel & Daniel pueri senes judicaverunt. Hi enim rationis præcones mihi forte dicerent: hæc ad historiam revelatam pertinere & ad regnum gratiæ, non ad regnum rationis. Equidem hæc me responsio plurimum delectat; video enim hos rationis præsumptione tumidos aliquando ad Gratiam & inspirationem confugere, quam aliâ præ ratione despiciunt, quamque multi pro anilibus fabulis expolunt.

30. Totum itaque quod jam excussimus argumentum pro regno rationis hodiernæ potius quam priscæ ætati vindicando parum servit aut potius nihil. Quippe si maturus in pueris nostris usus rationis probat, homines nostros multas intellectiones elicere tota sua vita computata, atque adeo rationem ævo nostro fortem esse atque regnare, id sane ipsum verum erat de priscis & avis nostris: aut etiam si

Exempla
S. Scri-
pturæ
Argumento hoc
puerile
regnum
rationis
probat.

verum

verum non erat, & si nostri vel Indorum pueri maturescunt citius, per hanc tamen rem regnum rationis non aliud quam puerile probatur, saturnalibus ludis quam orbi terrarum regendo accommodatius. Nos autem cum de regno rationis quarimus non ludicrum quidpiam volumus, sed ferium, virile ac solidum & rebus gerendis par futurum.

31. Denique est & aliud quod *Quinto loco Repono*: Non videri hodie citius maturescere hominum intellectum. Olim ad Religionis vitæ professionem admitterentur *decennes*. Productum est tempus altero abhinc seculo ad annum ætatis *seximum decimum*. Nunc ajunt deliberari de anno vigesimo pro legitima ætate decernendo, quod sedecennes videantur immaturi, qui olim habebantur maturi. Quid autem hoc est? An res ipsa vovenda effecta est majoris ac olim momenti? Non sane. Eadem enim est. Ergo necesse est cessasse pro-

portionem inter hodiernam rationem & rem antiquam: quæ proportio cum olim fuerit inter sedecennem ætatem & vitam religiosam sicut 100. ad 100., sive æqualitatis; nunc est ut 96. ad 100. Imo gravitas negotii vovendi partim desumi solet à longitudine vitæ reliquæ; nempe quod voveat aliquis uno momento id quod servandum est totâ reliqua vitâ, proportio igitur hæc aliter definienda est, sic nempe: Ut se habet antea vita ad reliquam deinceps agenda, ita se habet ætas voventis ad negotium vovendum. At vero antea anni *sexdecim* ad annos residuos *quinquaginta* religionis servandæ habebant rationem æqualitatis. Nunc vero, si annus vigesimus decernetur, non amplius erit ratio æqualitatis inter 16 & 50. Sed tantum inter 20. & 50.

Quin quoniam pauci vivunt quinquaginta annos in religione, plerique tantum viginti; sumamus medium & statuamus pro reliqua

C 2

liqua

liqua vita annos 40. Itaque proportio Rationis modernæ ad religionem sufficientis est ut 20. ad 40. cum antea suffecerit ratio ut 16.

Defectus igitur rationis modernæ est in ratione sub quadrupla erga vim Rationis seu maturitatis ante duo secula sufficientis: ante duo enim secula suffecerant negotio anni ætatis 16.: Nunc eidem negotio sufficient anni tantum viginti.

Si jam intra annos ducentos vis rationis humanæ defecit una quarta parte; aliis ducentis annis deficiet fortasse altera quarta parte ut anni demum 24. huic negotio pares habeantur? Ac certe deficient, si pergent Pseudo-Ethici naturalistæ tot laqueos & labyrinthos struere principiis morum.

Utcunque habeat ea tota res, illud, opinor, non obscurum est, publico iudicio decretum esse, non maturius hac nostra tem-

pestatate venire adolescentibus prudentiam quam olim. Et si, quod ferunt, anni viginti professioni religionis præscribentur, publico rursus decreto constabit, annos demum viginti ætatis dare hodie adolescentibus illam maturitatem, quam olim anni jam sedecim attulerant. Et hoc modo regnum rationis hodiernum publico iudicio quartam saltem præcellentiæ suæ partem amisisse videbitur.

Tertium argumentum pro regno rationis hodierno.

32. Pueri hodie maturius mittuntur ad Scholas, itaque citius evadunt docti, ac per consequens plures deinde ætatis annos impendunt rationis cultura, plures intellectiones per vitam eliciunt, & majus per ipsos evadit regnum rationis.

Hodie citius docti fiunt.

33. Repono 1. Valde sed non ancipiti momento, amice, utilius niteris. Viri sapientes vehementer.

hementer dubitant, & adhuc sub iudice lis est, num ad rationis & scientiarum culturam proficiat hodiernus iste mos, cum pueri adhuc à matre rubentes scholis traduntur? Illud certum est, plerosque omnes magistros in erudienda juventute occupatos, atque adeo expertos, hunc abusum non valde laudare, & malle ut ab hac festinatione parentes se corrigant. Cuilibet autem, quod Aristoteles monet, in sua arte credendum est: credendum ergo & pueritiæ magistris est.

Quod cito fit, cito perit

Equidem haud abnuo teneriorem ætatem ceram esse, & in scholis primis tyrunculos juniores plerumque promptius faciliusque condiscere pensum suum. Sed is defectus plerumque intra memoriæ felicitatem stat & intra ingenii mobilitatem ad amœniores res percipiendas, & quasdam etiam iudicii levioris scintillas & argutias effundendas: in quibus rebus regnum

rationis reponere vanum foret. Adhæc omnium aut multarum rerum quas sic teneri discunt facilius obliviscuntur ita, ut ne vestigia quidem amplius teneant; quia nec altum nec solide sunt impressa. Contra quæ mediocriter maturi capiunt, fortius tenent, nec tam facile dimittunt. Hæcque eadem fere ratione contingunt, quam in temperamentis experimur. Qui sanguinei sunt ordinis, alacres sunt in discendo, cogitando & inveniando; sed & fugaces sunt, ac desultorii, non fortes ratione. Contra qui melancholici, iidem sunt & lenti; sed quo lentore ingressa est in eorum spiritum scientia, eodem se lentore in ipsis conservat, difficilis expelli. Et hi sunt illi fortes spiritus, rebus arduis pares, & desultoriis ingeniis pavendi. Eundem in modum infantuli facile discunt elegantiuscula, sub arduis fatiscunt; maturiores ægrius discunt, sed tamen etiam ardua.

Mature
docti ma-
ture he-
becunt,

Quidquod & hoc obser-
vatum est, eos qui nimis
tenera ætate ad litteras ad-
hibiti sunt, aut in eadem
ætate minus moderate se
impenderunt, tanto ma-
turius deinde & in virili
etiamnum ætate hebecere
& obtundi, cum alii se-
rius rem aggredientes in
feriores etiam annos vim
mentis integram confer-
vent. Ipsa velut natura
significat, præfixa esse ani-
mo humano, utique non
infinito, certa vigoris sui
spatia ac tempora. Atque
hic quidem probe confide-
randum est illud, utum ex
duobus præstet? An malis
prolem tuam sexaginta an-
nos ita vivere, ut tribus
annis maturius sapiat, ac
deinde decem annis matu-
rius desipiat aut fessa sit?
An potius ut tribus annis
serius incipiat apparatus
aliquem ludicrum scientiæ
ostentare, veram autem
scientiam in seram usque
senectam cum integro
mentis acumine tueatur?
Ego illud postremum rei-
publicæ Deique servitio
longe præstiturum existi-
mo. Respublica consiliis

cum
damno
reipubli-
cæ,

cui pro-

opus habet, non elegantis sunt Se-
& floribus: in Senibus nes.
consilium est, flosculi in
pueris: præstat senes ha-
bere mente alacres, quam
pueros mature ludicra fa-
pientes. Eadem de DEI
servitio dicas licet. Equi-
dem innocentia tenerorum
longe est acceptissima nu-
mini, sed eorum scientia
raro utitur ad causam
suam agendam; quotidie
vero, eandem manibus
presbyterorum sive senio-
rum commendat.

34. *Repono 2.* Demus, Pueriles
ista omnia nihil ob stare, anni
pueros utut mature eru- etiam do-
ditos deinceps non defice- cti nihil
re; non tamen ego video, juvant,
quid grande in regno ra-
tionis præstent tres aut
quatuor anni pueriles ci-
tius impensi ludo? Nec-
dum vidimus propterea è
scholis emigrare Catones
aut Lycurgos. Illi quibus
per jocum dici solet, qua-
dragesimo demum ætatis
anno ipsos sapere, hodie
nondum sapiunt trigesi-
mo. Neque hodie imber-
bes plus veræ sapientiæ
possident ac olim.

Repo-

Sed no-
cere pos-
sunt.

Expe-
rientia in
Juris pru-
dentia,

Repono 3. Hac ex re
non parum etiam detri-
menti & Religioni & rei-
publicæ subnasci posse ac
jam jamque subnatum es-
se. Juvenculi enim, qui
cum teneræ ætatis anno
decimo octavo aut vigesi-
mo non Philosophiæ tan-
tum curriculum emensi
sunt, sed etiam Jurispru-
dentiam civilem enarrari
in collegio audiverunt, &
tribus mensibus Juri natu-
ræ ac gentium interfue-
runt, hoc est, debacchan-
tem in Catholicos & Pon-
tificem audiverunt Puffen-
dorffium, Barbeyracum,
Thomafium: hi inquam
juvenculi tantilla ætate
audent ad rem publicam
accedere tantis animis, tan-
ta prudentiæ suæ opinio-
ne, quanta vix Nestores
aut Agamemnones. Non
enim docti tantum sibi vi-
dentur, sed præcipue &
extra ordinem docti, qui
prima ætate tanta didice-
runt, quanta alii collegæ
seniores vix sero aut ne
sero quidem didicerint.
Quis enim istorum (in-
quiunt apud sese) Jus na-

maxime
naturali

turæ scientificæ demon-
stratum didicit? Quis Jus
gentium? At ego tribus
omnino mensibus audivi
de hoc perorantem è me-
moria Gundlingium. Hinc
natus est ille veterum om-
nium, præcipue Catholi-
corum, atque in his maxi-
me Theologorum & Pa-
trum contemptus; hinc in-
gens de regno rationis ho-
dierno præsumptio; hinc
omnia vetera susque de-
que vertendi studium &
male feriatus pruritus
omnia ex antiquo stabili-
ta resingendi, omnia nova
audendi. Qui si serius ac-
cessissent ad litteras, & an-
nos paulo excoctiores at-
tulissent ad scholam & col-
legium, nempe subpuderet
eos præproperæ doctrinæ,
& respublica ac religio pe-
riculo nasutorum libera-
retur.

Quamobrem nihil ex
hoc tertio argumento ac-
cedit dignitatis regno ra-
tionis hodierno.

Quar-